



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Libellvs De Angelo Cvstode R. P. Francisci Albertini Soc.  
Iesv Theologi**

**Albertini, Francesco**

**Coloniae Agrippinae, M.D.C.XIV**

9. inopiam, famem sitim subleuat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46785](#)

CUSTODE. CAP XVII. 163

malediceret? Jacob fugientem ira-  
cundiam persecutoris Esau, vidisse,  
ut in Genesi refertur, consurgere ad  
defensionem suam Castra Dei, id est  
Exercitum Cœlestium Angelorum?  
Et simili defensione munitum fuisse,  
de quo supra fuisus, Prophetam He-  
lisæum? Quin imò officium Angelo-  
rum est, de grauaminib⁹, quib⁹ pau-  
peres & paruuli Christi per diuites  
ac Magnates sœculi opprimuntur,  
corām tribunali Iustitiae diuinæ cō-  
queri, vt egregiè explicat S. Chryso-  
stomus ad verba Matthæi; *Videte nè*  
*contennatis vnum ex pusillis istis; di-*  
*co enim vobis, quia Angeli eorum in*  
*Cœlis semper vident faciem patriæ*  
*mei, qui in Cœlis est, tanquam dice-*  
*ret, Angeli custodes non cessant*  
*vindictam expetere contra poten-*  
*tes, qui pusillos & humiles Christi*  
*seruos iniquâ dominatione exagi-*  
*tant.*

Mat. 17.

NON VNM BENEFICIVM  
*corporale.*

Sialius quispiā fame, siti, pauperie  
aut simili defectu angustiatur, ac  
ceie-

## 164 DE ANGELO

celeret ad Custodem Angelum, nec  
subsilio carebit: hic certè cum Da-  
niel in lacu Leonum conclusus esset  
per Prophetam Abacuc, capillis ad  
eundem lacū mirabiliter delatum;  
cibos quos hic pro messoribus suis  
apparauerat, illi trāsmisit. Et in Ge-  
nesi legitur, quod aquā deficiēt an-  
cillæ Agar, quæ filiolum suum Is-  
mael iam iam animam agentem in  
solitudine ad radices arboris cuius-  
dam abiecerat, ne eum siti videret  
confici, Angelus apparuit, & Agar  
vocata, ostendit illi puteum lymi-  
de aquæ, qua moribundum filium in  
insupportabili calore reficeret.

In historia Regum Angelus Domini re-  
focillauit mœstum ac defessum Eliá  
pane sibcinericio, qui vtique tantæ  
efficacitatis fuit, vt in fortitudine  
c. 19 de illius ambularet quadraginta diebus  
mirabil. ac totidem noctibus vsque ad mon-  
s. Sc. siue tem Dei Oreb. Ex quibus Sanctus  
alius eius Augustinus cum alijs Doctoribus  
lib. autb. colligit, panem illum confectum  
Lyran. fuisse manibus Angelorum; Angelis  
3 Reg. 13 etiam tribuendum esse, quod corui  
bis

Cystode. Cap. XVII 169

bis quolibet die panem ipsi apportarent, docet Lyranus; hi quippe voraces illos alites, & cogebant ut ore apprehensum transferrent, & prohibebant, nè ederent. Et quis a-<sup>Gen. 30.</sup>  
mabo Patriarcham Iacob locuple-<sup>Abul. ib.</sup>  
tauit in domo Laban? nunquid non Cystos Angelus, qui priùs, quam ille cum socero suo de mercede seruitij sui pacifceretur, ut nimirum diuisio fieret pecorum & maculosa quidem sibi, reliqua vero Laban cederent, artem qua adhibita plurima maculosa gignerentur, eum edocuit? Hoc sensu Abulensis & alij interpretantur textum Genesis, *Lata oculos tuos & vide vniuersos masculos atq[ue] respersos.*

Manna denique, quo populus Dei in deserto recreatus fuit, alio nomine vix appellari solet, q[uod] panis Angelorum, vnde & Psalmista, *Panē Angelorum*, inquit, *manducauit homo*, <sup>Psal. 77.</sup> *Lyr. Ge-*  
*idcircō maximē, quia quemadmodū nebrard.* Lyranus cum alijs Doctoribus <sup>Iacob ac</sup> serit, cibus hic compositus fuit *Valent.*  
manu Angelica, & de celo inter-  
ram

166 DE ANGELO  
ram delapsus est beneficio Angelorum.

DECIMVM BENEFICIVM  
*corporale.*

Quod porrò si ægritudo, aut alia corporis miseria pulset te ad Angelum confuge; statim enim percipies in corde tuo quod Tobiae aliquando per Raphaelem dictum & promissum fuit, *Forti esto animo, quia in proximo est, ut cureris.* Huc spectat quod in euangelio Ioannis legitur, quolibet anno, tametsi, ut Euthymius scribit diuersis temporibus, descendere consueisse de Cœlo in piscinam probaticam aut visibiliter, aut, quod verò similius inuisibiliter, Angelum, siue ille Michael, siue Raphael, siue quod communior tenet opinio, alius fuerit, illique supranaturalem, quandam, ad cuiusvis generis sanandas infirmitates, efficaciam conferre: tantam autem ægrotorum multitudinem ordinariè illuc confluisse, ut necesse esset quinque porticus aperire, nè quis per augustiam loci

Tob. 5.

Pāthaleō Maldona. lius inuisibiliter, Angelum, siue ille Michael, siue Raphael, siue quod

communior tenet opinio, alius fuerit, illique supranaturalem, quandam, ad cuiusvis generis sanandas infirmitates, efficaciam conferre: tantam autem ægrotorum multitudinem ordinariè illuc confluisse, ut necesse esset quinque porticus aperire, nè quis per augustiam loci

à tam